

AD IACOBI AUBERTI VIN-  
DONIS DE ORTV ET CAVSIS ME-  
TALLORVM CONTRA CHEMICOS  
explicationem.

IOSEPHI QVERCETANI ARMENIACI,  
D. Medici responsio.

Agric. lib.  
8. de natu-  
ra fossil.



ET ALLVM esse corpus fossile natura vel liqui-  
dum, vt argentum viuum: vel durum, quodque  
ignis ardore liquefieri possit, sicut aurum, argen-  
tum, æs, plumbum, stannum: vel molliori, veluti  
ferrum, nonnulli scribunt. Alij autē propria no-  
minis significatione omnia quæ in visceribus terræ effodiun-  
tur, metalli nomine vsurparunt. Sic Onesicritus scripsit in  
Carmania esse metallum rubricæ: In Lybia circa Atlantem,  
salis, Herodotus. Hocq; testatur Plin. lib. 33. suæ nar. hist. Alij  
vero id quod liquatum in suam reducitur pristinam formam  
quodq; ductile & malleo extendi potest, esse durum & im-  
pressibile, proprie metallum esse dixerunt. Hacq; ratione illa  
præsertim in sex diuiserunt, in Aurum scilicet, Argētum, Æs,  
Stannum, Plumbum, & Ferrum. Addiderunt nonnulli Mer-  
curium, non quod actu sed quod potentia metallum merito  
dicatur. Hæc aurem Planetarum vocabulis Chemicis nomi-  
nare cōsueuerunt, non vt ipsorum materiam ad planetas re-  
ferant quod inepte putat Aubertus: sed partim moti similitu-  
dine quadam maiorum ac præcipuorum syderum, qua ratio-  
ne perfectiora duo metalla, Solem & Lunam appellauerunt:  
& propter duritiem ferri, Martem, quem belli & armorum  
Deum Poetæ sunt commenti: ac argentum viuum propter  
maximum ac pene incertum motum, Mercurium dixerunt:  
partim etiam Pythagoricorum instar, vt arcana sua, inuolu-  
cris quibusdam ænigmaticis obtegerent. Cæterum nullam  
video rationem, cur stibium inter metalla proprie numerari  
debeat: quare ex illorum genere (pace Agricolæ dixerim, cu-  
ius auctoritate nititur Aubertus) est excipiendum: quum illo-  
rum definitioni omnino repugnet. Siquidem liquata metal-  
la omnia ad suam redeunt formā propriā, ductiliaq; dura &  
impress-

metallum proprie  
quid.